ed in ante specula-
ndi & veritatis
plana dicendi ad
Christum nunc
pletamur & fu-
& portemus in

qui fidetur, mox de seipso & sua mortis fructu differere capie, & se viam ad patrem unicam, adhuc ve-
ritatem & vitam esse docuit, que nos neq; aberrare neq; perire sinat. Sed quia de his breuius, & que-
dam viam obscurius dicerat, sequitur in præsenti plenior istorum omnium declaratio.

Ocasione vero illi præbuit quæstio, seu petitio potius Philippus, qua communis discipulorum Philippos par-
vum ignorantiæ arguitur. Cum enim multa hucusq; de patre suo dixisset Dominus, illi nondum
fari exortati in diuinis, hunc perinde ut Christus oculis corporeis videri posse putant, immo eius vi-
tæ ostendit deßiderio gestiunt ideoq; Philippus reliquis feruentur prorumpit, & ait: Domine, ostende no-
bi patrem, & suffici nobis. Quasi diceret, Audimus te ad patrem abire, in patria tui domo complu-
tiisse maniones, & quod nobis illic locum parare institueris. Audimus præterea per te nobis viam
ad patrem habere; deniq; te ita cum hoc esse vnitum, ut hunc nonrit quicunq; te recte cognoverit. Ac
quoniam nobis hacenus patrem tuum non licuit videre, non possum ista nobis sufficere ad eius quæstionis
solutionem, quam modo Thomas tibi proposuit. Quaso igitur, sicuti te nobis videndū præbes, ita pa-
ram quoq; ostende nobis, ut quis nam ille sit, & ubi sit videamus. Quod si feceris, sufficiet hoc nobis,
& subata proflus erit omnis dubitatio, que nos nunc anxios & sollicitos habet, &c. Nimirū autem
videnter carnis nostra ingenium his verbis Philippus prodit. Est hoc multa & recondite scientie
excellens, imprimis vero Deum propriis inspicere & cognoscere cupit, sicuti sapientissimorum
omnium exempla testantur, qui in hoc præcipue laborarunt, ut quis Deus sit scirent: nimirū occulto
naturæ simul & communis sensu excitari, quo admonebantur, in eo omniis boni thesauri & fontem
affreundit. Et quidem laudem mereuu hoi inquirendi Dei studium: at communis hic omnium
error fuit, quod que ex solo verbo Dei cognosci & sola fide apprehendi possunt, illi humana rationis
potestia scrutari ausi sunt, & Deum sibi finixerunt, qui oculis corporeis cerni & sensibus externis per-
cipi posse. Impositus hic error non modo gentibus, qui non sine scelere de Diis suis ea dixerunt, que ne-
mo vir bonus de se dicit velle; verum etiam sanctis, quos spiritus sancti gratia propius afflauerat. Mo-
scientias in Dei colloquiū admissus, non contentus fuit ea cognitione, quā ei ille reuelauerat, sed
faciem Dei coram videre cupit. Idem in præsenti omnium discipulorum nomine Philippus petit. Et
iuxta Christianos reperti fuerunt olim Anthropomorphizæ, qui humanam formam Deo tribuerunt:
evidens bodie erit faciunt, quorūque illum aliquam imagine exprimere conatur. Qui error est si per
jonus sit admodum, majoris tamen mali causa est: quod qui eiusmodi speculationibus vacant, ple-
ringue Deum oculis & sensibus nostris se se ingeren tem negligunt, neq; videre volunt eū, quem
auxiliis cognitionibus inquirunt. Accidit hoc gentibus, quibus cum in mundi huīus machina omne
berentur, Dens, quod de ipso cognosci potest, illo tamē neglecto in suis illis imaginationibus eua-
nescit. Id hic discipulos passos suffit, paulo posse ex Christi verbis apparet. Et hodie mulci in-
vokingunt, qui nihil se perinde cupere aiunt, quām ut Deum videant & illi coniungantur, in-
terni vero non obseruant ea, quibus se nobis non videndum modo, verum etiam palpandum exhibet.
Si ergo nobis suspecta carnis curiositas & audacia, ne quid ultra fines ab ipso Deo præscriptos scire
capiamus: quod ipsum Christum in sua response grauiter monet, que tribus omnino partibus
confiat.

Prima discipulorum tarditatem & ignorantiam reprehendit, & correptione dignos esse ostendit. Christus discip-
lum, qui tam diu in sua schola versati, adhuc diuinorum mysteriorū adeo rudes & imperiti sint. Tamen pulorum igno-
rum tempus (inquit) vobis sum, & non cognovisti me? Quasi diceret, Ferri poterat, si qui me nun-
quam viderunt, aut vix modico tempore mecum versati sunt, eiusmodi quæstiones mouerent: Quodā
vero nos adeo ignorantes es, quos mibi præceteris delegi & meæ doctrinæ simul atq; operum testes
adiboni, id certe excusationem nullam admittit. Debet autem haec increpatio ad omnes eos extendi,
qui cum puriorum euangelij doctrinam multis annis audiuerint, nihil tamen in Christi & salutis co-
gnitione profecerunt, sed easdē subinde quæstiones repetunt, & ut Paulus loquitur) semper quidem
deficiunt, ad cognitionem vero veritatis nunquam perueniunt. Queruntur ipsisferè de mysteriorū sa-
luti & scripturarum obscuritate, sed reuera ipsi sibi nebulae offundunt quibus exaccetur, dum in-
utilibus & superuacaneis quæstionibus indulgent. Sed in Christi verbis pergamus, qui mox aliam
quæstionem preoccupat, quam Philippus obiecere poterat. Diceret enim ille: Cur mibi tui ignoran-
tiam exprobras, qui ut patrem nobis ostendas rogauis? Quoad te satis nobis notus es, nec aliquid præ-

Homines natu-
ra cupiunt Deū
uidere.

terea petimus. Occurrit ergo Dominus, & non temere se ita locutum esse docet, cum neg. ipsum reg patrem recte norint, & ait; Philippe, qui me vidit, patrem vidit. Quomodo ergo dico, Offende me patrem? Sensus est: Tu patrem tibi ostendi cupis, quasi ego alius sim à patris natura & officia. An non meministi, quod nuper Iudeis dixi, Ego & pater unum sumus? Quis ergo in mereficiis patrem simul videas, & quis nam & qualis ille sit intelligas? Vel num adeo adhuc stupias, & modice fidei, ut tot visis operibus miraculosis, non credas, quod ego in patrem sum, & pater in me esset. Id est, quod diuina virtus se totam in me exerit, & diuina planè sumus quæcumque dico & facio. Eodem autem hic dicit, qua supra Cap. 1 & 10. & ideo prolixiori verborum expositione non est quod

Christus patre. Observemus potius, quod discipulos de Deo curiosus quarentes in sui contemplatione vocas, & per in se videndum atq; cognoscendum proponit; nec tam sensus corporis externi, sed fidem ualoris excitat, qua & ipsum & patrem contemplentur. Ait enim: Non credis, quod ego in patre sum, & pater in me? Causa huius doctrine est, quod Deus qui invisibilis & immensus est, se per filium carnem manifestauit, qui etiam ipse non alia ratione quam per fidem cognosci & apprehendendi posset. Nam etsi in rebus creatis quoque, & infinitis iudiciorum Dei exemplis, ipius bonitas, potest aperte & que alia in illo virtutes sunt cognoscantur, salutaris tam & viuifica illius cognitio, de qua agitur, in solo Iesu Christo habetur, qui ut vera & expressa Dei imago dicitur, ita solus ea perficit que ex eterno patris decreto ad humani generis redemptio[n]e necessaria erant. Itaque è medio uillibus his omnes humana rationis de Deo speculatorum, quas homines vel curiosi vel superfluous Christo inserviunt. Ex quibus non aliud fructum percipiunt, quam quod in suis cogitationibus existent, & tandem ipsi suam flatteryam fateri coguntur. Exemplum huius rei olim Simonem probavit, qui ab Hierone tyranno interrogatus, quid aut qualis esset Deus, deliberandi causa dicens sibi postulauit: postridie vero idem quærente tyranno, biduum perit. Cum autem Iepis durum merum duplicaret, admiratus Hiero quæsivit cur ita faceret? Respondit ille: Quia quanto dicu confidero, tanto res mihi videtur obscurior. Non multū ab hoc Simonis factō ablidit Socratis. Eum, qui posse multorum annorum studia, hoc unum se scire dixit, quod nihil sciret. Neque probat hoc illum fateri, cui Delphicum oraculum sapientis titulum detulerat. Unde vero ista ignoratio apud eos, quos in alijs rebus mortaliū ingeniosissimos fuisse constat? Nimirum ex eo, quid omnium ignorarent, in quo uno omnes vere sapientia & scientiae thesauri continentur, quicquid lux est in ea, que mentes nostras illuminat, ut caelestium mysteriorum capaces fiant. Quod si vero aliquis ranta est arrogantia, ut suam inscitiam fateri noluit, si plerunque ne Dei ignorantem suo cerebro portentia nouorum figurorum proferret, quibus aut Trinitatis diuina maiestas disimile obscurante, aut de Christo ea gariunt, quibus vniuersa fidei & salutis nostra fundamenta uelluntur. Exempla huius etiam mali in priscis haereticis extant, & vitiam non hodie perficiuntur, qui eadem curiositate & audacia puriorum de Deo doctrinam discipiunt. Si ergo proportionem Dei veram serio querunt (quod quidem necessario facere debet) quotquot seruantur in unum Christum intenti, talem agnoscere discant, qualem se nobis in illo manifestauit. Item Iesus ille dilectus est, qui cum in sinu patris ab eterno sit, propter nos tamen homo factus, nomen ranit omnia; utque illum unum audiamus, iam olim Deus pater peculiari mandato praecipit.

probatur patre & filium esse mirum in parte & patrem in ipso esse, adeoque & patrem unum esse. Vixit autem argumentum effectus, doctrina nimirum & operibus, petro. Verba (inquit) que ego loquor vobis, à me profunda quor; sed pater, qui in me manet, ipse facit opera. Videtur argumentum esse eiusmodi: Deus facit gloriam nemini ita communicat, ut diuina virtus perpetuo & inseparabili unitio vinculo significans aut coniuncta, se in omnibus eius dictis & factis exerat. Atqui ego tam verba quam dictio nam cum Deo patre communia habeo, & ita in me manet pater inseparabiliter, ut ipsius virtus in omnibus se proferat, que ego dico & facio. Ergo ego & pater unum sumus, ego & verus Deus sum, & verissime hoc abs me dictum est, quod qui me videt, idem patrem quoque videat. De maiori ualore potest esse controversia, cum apud Isaiam clamet Deus: Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam non do alteri. Ad minoris verò declarationem siue confirmationem facilius quæcumque Christi doctrina & operibus in scripturis dicuntur, Etenim si doctrinam eius, qualem in scripturis

cum meo ipso sum natus, dico, Offende non natura & officia go in me reflectur, sed pater in me est, dico & facio. Eo tatione non est operatione vocata, sed pater in me sum, et pater sepe per filium apprehendendi posuit, ita porcius cognitio, de qua sit solus ex persona, et a meo vobis vel superfluo cogitationibus, sicut Simonides per di cana diem transi in sapientiam diuinam quanto tam abdidi Socratis cire, Neque pater vero illa genitrix est, qui in illis ex eo, quod illi, lux est, dicitur, sed si vero aliquantus videt, et in operibus credere, que ei modi sunt, ut de illorum veritate nemo dubitare posse. Simile quid supra Capite decimo Iudaeis quoq; dixit: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Sin autem facio, et siiamsi mihi non credatis, operibus credam. In praesenti vero doctrinam cum operibus coniungit, ut de his ex illa iudicare doceat, et simul omnem excusationem praetextum auferat ijs, qui ipsum ignorare pergunt. Nos itaque scopum et viam illorum omnium obseruemus; ut primò quidem Deum verum & eternum agnoscamus Iesum Christum, et ex eo consolationem petamus in omni afflictione & firmi in fide perseveremus. Quia nam talis est, facile suos euebitur, neque aliquam oviuum suarum ex manibus suis sibi eripi patienter. Minime ergo nos mundum hunc timere, aut eius minus atque conatibus terribili conuenit. Major enim est, qui in nobis vivit & agit, Iesus Christus, quam qui in mundo furit & insanit, Satan. Denique offici nostri memores, verbus eius credamus, neque incertam aut obscuram esse queritemur euangelicas doctrinam, que & olim infinitis signis confirmata est, & etiamnum hodie diuinam virtutem in eorum animis palam exercit, qui eam fide vera apprehendunt. Credamus autem non promissibus modo, qua per se iucunda & auditu suaves sunt, verum etiam conditione praecipit eius, quibus magis abnegationem, carnis mortificationem, vita nouitatem & sanctimoniam, dilectionem fraternali, & si quae alia sunt huius generis requirunt. Frustra enim fide gloriabitur & promissiones suarum ad se trahet, qui Christo obediunt detrectant, neque eas conditions admittunt, que promissionibus suis conexa sunt. Sed quia de hoc ipse Dominus in sequenti Sermone differet, haec paucis annis sufficere contenti, ad tertiam huius loci partem progrediemur.

Habet haec noua consolationis argumenta, quibus per preoccupationem cogitationibus discipuli Christi sue dilectionis occurrit, quas illos animis suis versari sciebat. Quia enim in carnalem eius praesentiam intenti unitatis effectu, & de ipsa quoq; Deitate adhuc nimis carnaliter sentiebant, sicuti in Philippi postulatione vita exponit.

tate tua loqueris, teque unum cum patre esse argumentis firmissimi demonstras, quibus plaus
dem habemus, & ideo te hac tenus fecuti sumus, nec in posterum abs te diuelli volumus. At quis
tua illa diuinitate fructus sperari potest post hac, quando non amplius in terris hinc nobiscum ha-
rus es, teque ex hoc mundo ad patrem abiare dicatis? Annon nos orphanorum instar omni praesulam
patrocinio deficiunt, misere fluctuabimus, & immanni hostium libidini subiciemur? Quis ergo in di-
fente nos rubebit? aut quo argumento certi efficiemur nos sub tua protectione agere? Hec & mul-
ta alia similia procul dubio discipuli cogitabant, & eadem fortassis dicturi erant, nisi illas Domus
noua consolatione praeuenisset. Est enim hoc carnis ingenium, quod Dei potentiam non ultra se
suis nostris extendi putat, & tunc modo illum nobis presentem esse arbitratur, quando hoc aliis
beneficio externo declarat. Quin hodie etiam multis Christus procul ab ecclesia allegari video,
quando illum corpore suo non amplius in terris agere, sed supra hunc mundum corrumptibilem in
lesti gloria considerare docemus. Sed occurrit huiusmodi obiectionibus, & illis nibil defensum est
offendit, licet corpore suo discedat, simulque docet, ut sua gratia & virtutis beneficio ipsi in ter-
rui possint. Est ergo locus hic consideratu dignissimus, cum propter nostri seculi de Christi prelata
controversias, tum quod non modis consolatur in periculis constitutos, verum etiam admoneat, quia in
tunc facere conueniat.

Apostoli signa
fecerunt maiori-
ra quam Christus

Quoad primum, graui cum asseveratione ait: Amen amē dico vobis, qui credit in me, operari
ego facio, & ipse faciet: & maior a ijs faciet: quia ego ad patrem meum abeo. Disputatus hinc
multis, que nam illa opera maiora sint, & num pro incredulis & alienis à Christo censerentur,
qui opera eiusmodi miraculosa non faciunt. Sed non oportet Christi verba alio detorquere, sed in-
tra ab illo instituta tractationis insister. Est is, quod discipulos ob suū discessum sollicitos consolat.
Illi ergo nunc loquitur, non omnibus credentibus in genere. Nec enim omnium est opera mirabilia
facere, neq; etiam ijsdem semper opus est. Sunt enim (v. Paulus ait) discrimina donorum aq; no-
steriorum, idem vero spiritus, qui illa omnia operatur: & alij quidem datur sermo sapientia, alij
emo cognitionis, alij fides, alij dona sanationum, alij facultates edendarū virtutum. Debet ergo
missio hæc præcipue de Apostolis exponi & viri Apostolicis, quorū ministerio in euangelij predicione
& regni sui per totū orbē propagatione vii volebat: & sensu est, adeo nihil incommodi dicit
suo discessu accepturos esse, ut potius illius in illis futura sit ipsius virtus, qua illi ita adju-
vit, ut miracula suis non similia modo, verum etiam majora edat. At que nam illa sint, non edicte
num sententia. Sunt qui de ijs exponant, que de umbra Petri & Judæi atque seminib; Petri
Act. 5. & 19. cap. cōmemorantur. Sed non video qua ratione hæc maior a dii possint nonnulla in
Christi, ijs maxime, quibus corpore procul ab eis, sola occulta virtute, ceteriorum seruulū & rega-
lici filium curavit. Lazaryum item iā quartū diem in sepulchro agentē vita rejiciunt. Similares
mihi eorum sententia videtur, qui per apostolos & plurā signa et maiorū cū efficiunt facta sunt etiā
Nam ut plures erant & per loca diuersa dispersi, ita plura etiam facere potuerunt, quam Christi
solus, qui intra Iudee fines se se continebat. Constat prætere a plures apostolorū ministerio ad fidic-
uersos fuisse, quam cum ipse Christus in terris prædicaret. Et ut multa, qua hic dici poterat, emittan-
mus, miraculorum omnium maximum & excellētissimum fuit mundi totius innuatio & reforma-
tio (ut ita dicam) generalis, quam per apostolos introductam fuisse scimus. Erat enim illi tempus
mundus in duas sectas Iudeorum nimis & gentes diuisus, veraq; vero sedis erroribus, superstiti-
onibus absurdissimis & nefandis sceleribus immergēt erat, & ita in toto orbe sat longe latet domi-
nabitur. Et Iudei quidem ex singulari Dei consilio suos ritus & vetera quadam legi exercitū
tinebant, gentium vero superstitiones Romani imperij autoritate & legibus, in armis quoq; do-
fendebatur. Et potuissent fortassis Romani, si ita illis vijum fuisse, ritus externos mutari. Dicil-
quos & eorum cultum abolere (quod in Bachii orgijs illos fecisse historice tradunt) nosos item Dei
suis suffragijs creare (quod ipsum eos fecisse scimus, quando Imperatores suis in Deorum numerum
referebant) at ijsdem ipsas hominum mentes mutare & nouas voluntates in illis creare neque possemus
euissent: quia animos & voluntates aliqua vi externa cogere impossibile est. Id vero per Apollonius
factū esse scimus, qui cum pauci numero, adhuc neg, armis neg, aliqua publica autoritate interfici-
erent, in orbē eorum egressi, Iudeorum simul & gentium animos mutarunt, superstitiones abolerent.

cum idolis & sacris suis omnibus, peccandi licentiam coercuerunt, denique mundum hunc ex diabolis annide assertum ad fidem obedientiam reduxerunt. Quod hoc etiam nomine maiorem admiracionem meretur, quod bac in iustis Romanis Imperatoribus & multum reluctantibus iis omnibus facta sunt, qui tunc inter Iudeos & gentes aliquam sapientie & sanctitatis existimationem sustinebant. Hoc ergo opera illa preclara & eximia sunt, in quibus Christi virtus sepe per Apostolos exeruit, que tua bontate non sine stupendis miraculis sepe exerit, quando similiter per euangelij predicationem multorum animos mutari, superstitiones aboleri & rotas gentes subiit reformari, ecclesiam item in mundi hostibus conservari, perq. viles & contemptos ministros indies latius propagari videmus. In hoc ergo ipsi quoq. diuinam Christi virtutem agnoscamus, simulq. ei locum denuo, ut eadem opera in nobis quoq. sicut illum sua virtute & spiritu in nobis regnare restentur.

Porro singulararem considerationem meretur causa, quam huic promissioni Christus annexet, dicitur. Vnde hec uerbi: Quia (inquit) ad patrem meum abeo. Dicat enim hic aliquis: Quomodo ad patrem abire potius apostoli ob quin patre iam tunc erat, & eum in se habebat manentem? De humana ergo natura hoc dictum in

utile debet, quam ex nobis assumptam in celos eucere & illic ad dextram patris collocare debuit, in cuius gloria simili & pote statu diuina consortem facere. Itaq. huius clausula sensus est. Hancenam quidem misera & mortali carne amictus vita in terris vixi laboriosam & omni miseriaram genitatem referat, nec nisi obscurius diuinitatem meam exerui, quantum uidelicet nunc fieri necesse sit, ut nunc tempus instat, quando carnem hanc ex resurrectione immortalē factam in celos eucere, & quadam humanitatem quoque potestatem omnem in celo & in terris accipiam. Tunc ergo credentes multo quād hucque virtutem meam diuinā declarabo per vos quos spiritu sancto ita instruam, ut quod nunc promitto prestare possitis. Respicite itaq. ad prophetarum uaticinia, qui hoc suum predixerant, ut Christus per acto in terra nostra salutis negotio, spiritus dona effunderet, quibus apostoli eius armati, orbem terrarum ad ipsius obedientiam reducerent. Et pertinet hoc quae lole secundo & Psal. 68. habentur. Eos enim locos Petrus in Actis & Paulus ad Ephes. cap. 4. de Christi ascensione in celos & spiritu sancti missione exponunt. Itaque in spiritu sui praesentia & efficacissima virtute nobis consolationem monstrat, & hac se furtuū promittit absentiam corporis, quo ex terris modo discessurus sit. Licet ergo corpus suum ex mūdo subduxerit Christus, maiestatem tamen & virtutem non abstulit, sed quoad Deitatem suam nobis adegit, & in creditibus efficaciter operatur, qua illis virtutis & ad regni sui propagationem necessaria sunt. Et est multa consideratio dignum, quod discipulos ideo suam virtutem efficacius sensuros ait, quod ipse ad patrem abitu retur, id enim eos validissime confortat, qui pro carnali eius praesentia in Cana hodie contendunt, & non Christi maiestatem atq. omnipotentiam negare clamant, quando illum corpore suo in celis resideret, ne amplius in terris queri deberet docemus. Quia enim ratione hoc de nobis illi dicunt, quando ipse Christus suam virtutem & maiestatem in corporis absentia illustriorem fore testatur? Vel quis non videat, illos potius nimis humiliter de Christo sentire, qui illum omnipotentem omnium creaturarum gubernatorem non agnoscunt, nisi corporaliter omnibus in locis praesens adsit? Nam hoc dicendo regibus huius seculi inferiorem faciunt, quorū maiestas & autoritas in extremis quoque regni finibus agnoscitur, licet ad eos ipsi corpore suo nunquam accedant. Sed quia de hoc alibi plura dicitur, Christus pauculus hisce modo contenti simus.

Nunc alterum huius Præoccupationis membrum videamus, quo & amplius cōsolatur discipulos, ut Christo in simili doceat, qua ratione aut quomodo ipso licet in celis agente frui posint. Sic autem dicit: Et celis agente quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio, &c. Ad preces ergo illos nos fruamur: remittit, quibus fidem quoq. simili comprehendit, quando constat nullum esse precationis effectū, nisi ex fide fiat. Et sane alibi quoq. sola fides medium esse docetur, quo Christus apprehendi potest, qui quoad corpus in celis agit, neq. se amplius sensibus externis offert. Precum tamen potius quam fidei nescire meminisse voluit: primo quidem, quia hoc ad Deitatis sue demonstrationem faciebat (quod pricipium huius consolationis caput est) deinde quod discipulos officij admoneri oportuit, ut sciret quod fieri debeat, si qui ipso presente frui volunt. Ad primum pertinet, quod non ait: Quicquid petieris in nomine meo, hoc vobis dabit pater; sed, Hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Neque eo tamen idem mox repetit: Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam. Quāmus ergo in nomine

D d 2

suo patrem innocentem iubeat, simul tamen se non Mediatorem modo, sed eorum quae peccatum auctor rem quoque & largitorum, ideoque verum Deum, & eiusdem cum patre essentia atque potestatu ejus docet. Possimus enim ex eius verbis argumentum eiusmodi colligere: Nemo prater solum Deum omnium se invocantium preces audire, & corundem votis satisfacere potest. Ego autem qui quicunque in meo nomine vobis facere & prestare possum. Ergo Deus verus, patrius coeterum & essentialis sum. Ad alterum pertinet, quod preces illis commendat, quibus sum annullum implare debeant. Observarunt hoc diligentissime Apostoli, quos inter miracula Christi nomine invenerunt & simul piorum precibus seipso & ministerium suum commendauisse legimus. Et ecce hec una certissima ratio, qua Christum nobis conciliare possumus, ut sua virtute nobis presentes adiutorii cultus tueatur, & laboribus atque studiis nostris benedicat. Quam quia plerique hodie negligunt, mirum est infelicius ferè omnia cedere, &c.

Vera precandi ratio.

At simul paucis hisce verbis veram precandi rationem comprehendit, de qua et si saepe alia dicuntur, tamē hīc etiam aliquid dicemus, quando precibus imprimis colitur Deus, & ipsius proprio generis afflictiones nobis nunquam non opus est. Et quidem solum Deum invocari debet, in prura omnis unanimi consensu testatur; neque ullus alius est, qui vota nostra omnia audire, & in quauius tentatione nobis succurrere posse. At quia nobis proper peccata adiutus ad illum praeditus est, in Christi nomine preces fieri debent, quem ille nobis apud se Mediatores & aducatū inserviuit. Vbi imprimis fide opus est, qua credamus, Deum nobis propitium esse, & preces nostra audiare propter filium, qui peccata nostra expiavit, & chirographum legis sustulit, quo in Decretis accusabamur. Nec temere fieri pucemus, quod idem in praesenti hic dicit Dominus. Ita enim con voluit, ne quos alios nobis intercessores sive aducatores queramur; sed uno illo contenti sumus, nemo ad patrem venire potest. Quod ipsum Apostoli quoque diligenter inculcat, ut tanq[ue] diligeat viderem quām in priori ad Timoth. secundo cap. & 1. Ioan. 2. &c. Prateret certum quoq[ue] precium nostrum finem sive scopum constituit Dominus: Vt glorificetur pater in filio. Admonet de eodem statu in formula precandi, quam nobis praescripsit: ubi petitionum omnium prima est, ut Dei nominis sanctificetur. Decet enim Dei filios, ut de patris honore et gloria imprimis sollicitentur. Atque hæc in filio Iesu Christo potissimum eluet: ea nos pre alijs omnibus petere coenent, que ad regias propagationem atque conservationem pertinent. Est ergo impudens nimium & prophaneus nomen Christi abusus, si illo præterito nostris modo commodis priuatissimis studeamus, aut etiam ea petimus, que neque pia neq[ue] honesta sunt. Poterant haec latissime diduci, sed sufficiat nunc causas invenientibus, quibus sit, quod preces nostra ferè irriter sint apud Dominum. Alij enim non precentur, sed in festo & bellum vultu Dei auribus obstrepunt. Alij impudenter vel sine Christo in illius officiis ruunt, vel alios sibi ipsi. Mediatores fingunt, in quos illi debita gloriā transferunt. Plurimi rō carnis desideria fecuti, res noxias aut saltic iniurias petunt, vel etiam bonis rebus pro jactatione abutii cupiunt. Non potest ergo precibus nostris Deus annuere, qui ut sanctus est, ita filii sui reges & salutem nostram ynicie promouere cupit. Sed tempus est, ut dicendi fine faciamus. Non ut hanc tractationis scopum intenti, fortes simus in Christo Iesu, qui et si corpore suo terras reliquerit, non tamen praesens est, quatenus hoc salutis nostra ratio requirit, & suorum preces clementer exaudiri debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CXXXIII.

Si diligitis me, præcepta mea seruate. Et ego rogabo patrem, ut alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternū. Nempe spiritum veritatis, quem mundus non potest recipere; quia non uidet eum, neque nouit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet, et in vobis erit.

Quemadmodum Dei filius, Iesus Christus, suum erga discipulos amorem multe arguit, testatus est, quam diu apud illos in terris vivit: ita illius indicia cumpromissa clara & manifesta.

merabilia praebevit, cum mortis hora instaret, & ipsi ex hoc mundo discedendum erat. Nam ut patet, si filius iam moriturus liberos suos consolatur, monet, & iisdem tutores dat, docetque ut his obediens sint. Sic illam hec omnia abunde praestitisse videmus. Hactenus enim dolorem, quem ex eius abincipiebat, dulcisissima consolatione leniuit. Nunc vero eos preceptis instruere incipit, quibus simul nonas istidem consolations interserit. Premitur autem in praesenti summa eorum, quae dictuntur, cuius haec sunt capita. Primum docet quid faciant, si germani ipsius discipuli esse & salutis per ipsum parta confortes fieri cupiant. Deinde ad hanc obedientiam vires se subministraturum promittit per spiritum sanctum, qui post hac suis apud illos vicarius futurus sit. Postremo qui huius capaces sint docet. Esi vero ista discipulis, quos tunc habebat, dixerit, eadem tamen ad omnes nos pertinent, qui decem quales nos esse conueniat, ut & veri Christiani simus, & salutem illius merito quaestam retineamus.

Principio, quia se preces ipsorum in suo nomine factas exauditur & quae rogaretur facturum Discipulos offere promiserat, recte nunc illos vicissim sui officii admonet, ne sibi quidvis agendi licentiam coegeret esse, cij admonet. Innocenti carceri, & iisdem tempore innoxici debet, in misericordia audire, & non ad illum preciosum ad vocatum, sed ad illum preclarum, & ad illum preciosum ad vocatum, sed ad illum preclarum, quo Deum ex toto corde & pro virili nostra diligere iubetur. Sed quia ipsi cum illis res erat, qui ipsius amorem atque dilectionem profitebantur, & iam totis animis dolebant, quod illum bene discessurum esse audirent, ut preposito & carnali ipsorum desiderio medeat, ostendit, qui haec argumentis suum amorem testari debeant. Sensus ergo verborum est: Scio me a vobis diligiri, & dilectionem hanc vos profiteri audio, dum mecum in mortem vos abiuros esse dicitis, & ad mei diffusum mentionem ingemiscitis. At amorem hunc non lachrymis & gemutibus vos testari velim, quod nunc minime opus est, sed preceptorum meorum observatione, quae vobis tam commendata est, sed etiam alii efficiunt, quod precium habet.

Doce etiunus locus iste, in quo nam vera Christi dilectio, adeoque totus Christianismus consistat. Est in quo nam necessarium cognitum, quia hic salutis nostra negotium agitur, & vix in alia re magis peccari solet. Christi dilectio Nam etiunus Apostoli tenerim quidem Christum diligere, cuius causa omnia sua reliquerant, simul consistat. Tamen carnis affectibus decipiebantur, ut amore suum ferre ijs rebus declararent, quae & Christi gloria & communis omnium saluti plurimum incomodaissent, si illorum desiderijs & voluntati morem geberet. Dominus. Alibi enim petunt, ut igne calix immittat ijs, qui ipsum ab urbe sua excludebat, & ita suis fidem iniuriam volebant. Alibi vero, ut regnum suum splendore externo ostet. Rursus ab immuniti mortis supplicio interdum illum debortantur, & nunc proper eius discessum contristantur, & interris hinc inter omnis generis pericula ipsum manere volunt, qui ad capessendu regni coelestis baredicatem festinabat. Quod vero illis accidit, hoc ipsum bodie frequenter fit, ut caco amore & zelophagi abrepti ea petant, quae & ipso noxia essent, & Christi regnum vehementer impedirent, si illorum Deus annueret. Et est hoc ingenis nostris corruptionis argumentum, quod in Christo amando peccamus, & tunc quoque saluti nostra contraria facimus, quando pietatis studio quam maxime efficiemus. Nam tunc quoque vel crucem deprecamur, quae regnum eius latissime propagatur, vel ad mundum excitare cupimus eum, a cuius bonitate & misericordia totius mundi salus dependet; vel inconsolabili zelo abrepti in arna ruimus, quae plerumq; maioris calamitatis causa sunt: vel nostri amittentem secuti cultus superstitiosos instituimus, quibus Christi et meriti eius gloria paulatim osculari. Et qui nihil horum faciunt, ijs disputationes de fide & religione deo, Christi preceptis instruunt, & in eo summam pietatis confitentes arbitrantur, si illis omnia loca cum publica tum privata compleant, & omnium auribus molesti sint. Sed longe aliter de hac causa Christus pronuntiat. Si (inquit) diligitis me, precepta mea seruate. Ergo preceptorum eius observatione vera & diligens (quam fides obedientiam dicit Apostolus) germana & propria nota est eius dilectionis, quae nos illigatus & acceptos reddit. Quemadmodum enim ijs demum filii patris sui vero amantes censemur, qui illius ijs obtemperant, frustra autem de parentum dilectione differunt, qui sua inobedientia eos offendere & irritare non verentur. Ita Christus quoque non alios sincero sui amore accensos putabit, quam qui hunc fido & sedulo obsequio testantur, procul vero abs se rejiciens omnes, qui precepta eius contumaciter & proterve spernunt. Doce hoc ipsum etiam Matthei septimo Capitulo quando ait: Non

omnis, qui dicit mibi Domine Domine, ingredietur in regnum meum, sed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est. Similiter, cum per Mosem olim Deus praecepisset: Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, &c. mox subiungit: Sunt verba ista, quae ego hodie tibi praecepio, in corde regi & in culces ea filii tuis, &c. Et apud Malachiam hypocrites, qui ipso patre gloriantur, & eu amantes volebant videri, ad hunc modum confutat: Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Si ergo ego pater sum, ubi est honor meus? si vero dominus sum uester, ubi mei simoni? Et supra octauo Capite ex Deo natos esse negavit, qui verbum suum non audiunt. Constat ergo ex hoc, a Dei dilectione alienissimos esse, quicunque eius praecpta contemnunt, & sua carnis desideria ultra preferunt. Posunt illi vana aliqua persuasione sibi ipsiis imponere, & Dei amorem plenis baciare, sed suis factis seipso mendacij arguant.

Contra tradit
iones hominum.

At simul obseruabis, quod disertè de suis praceptis loquitur Dominus. Nec enim ait: Si diligimus me, seruare majorum traditiones, sacerdotum statuta & decreta Conciliorum, vel facite quod vobis a nobis & sanctum videtur: aut ex bona animi intentione cultus magnificos et sumptuosos instituit, sed praecpta mea a fernate. Et quod discipulis dicit, ad omnes similiter pertinet, qui ipsius cultus videri volunt. Nec enim alia apostolos praedicare iussit, quam que ipse tradidit. Et Mattheus sententiam illam olim per Iustitiam pronuntiatam confirmat: Frustra me colunt, docentes homini letanias. Abolentur igitur hoc loco hominum traditiones, & quaecumque, in fidei & religiosis causis nostro cerebro fingimus. Comendant quidem sua de cetera Ponitices autoritate ecclie, & argumento eandem, quae scripturis debet, fidem illis vendicant. At nos ecclie titulo indigamus, quae non unius sponsi vocem audiri, neq; alium Dei verbū nouimus, quam quod in scripturis continetur, quas à Deo inspiratas esse, & ad hominis Christiani perfectionem sufficere. Apostoli telatur. Scimus præterea cultus eiusmodi, qui ab hominibus instituuntur, magnifico quidem spectaculo apparatu commendari: sed meretricius ille ornatus dicitur, quem sponsus Christus ferre non patet, quod in sua sponsa nihil aliunde acceptum videre vult, nihil etiam ferre, quod ab ipso mente auctoratus nobis ad omnia sufficit. Et de omnibus istis olim per prophetam pronuntiatis Dominus, qui requisivit ista de manibus uestris?

Præcepta Chri
sti quae sunt.

Videamus autem, quae nam illa Christi præcepta sunt, quorum obseruatio nobis ad testamendam dilectionem necessaria est. Continentur ea in scripturis, neq; in incertis & ad quenam autem voluntibus Sibyllæ folijs queri debent, simulq; paucis comprehendendi possunt. Primum & principale eorum caput est Fides, ut numerum in ipsum credamus, & quidem talem agnoscamus, qualem apostoli prædicant. Exigit hoc, quoties fidem nobis commendat, laborantes & oneratos ad ipsam retinat, & promissiones salutis omnes solis creditibus accommodat; sicuti mulier doceri posset, si ante Sole meridiano clariore aliqua demonstratione opus esset. Regulam autem fidem ipse constituit angelij doctrinam, cuius prædicationem Apostolis suis mandauit. Eius enim verba sunt: Item unum vnuersum & prædicare EVANGELIUM omnibus creaturis: Quisquis crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. Et infra Capite decimo septimo dicentem audiemus: Non pro eis (dico namque undecim discipulis) rogo tantum, sed & proxi qui credituri sunt PER SERMONEM EORVM in me. Est hoc probè obseruandum propter eos, qui simplex & rude vulga ad fidem ecclie remittunt, utq; in ea omnes perseverent horribilitur, non aut exponunt quae nā illa sit, vel etiā ex suo capitulo nouos fidei articulos condunt, eosq; ut necessarios ad salutem omnibus obrudent, cum eorum mentio fiat in scriptis Apostolorum, quos iuxta fidei præcones Christus constituit. Pie ergo & recte maioribus nostris factum est, qui fidei articulos in breuem summam contraxerunt, que symbola Apostolorum dicitur, & hanc fidei regulā esse voluerunt, ad quam omnes examinarentur, quin Christi nomen sibi usurparant: sicuti apud Irenaeum & Tertullianum, & vetustissimos & apostolorum temporibus proximos scriptores eis videre. Alterum præceptorum Christi caput est, ut exemplaria imitemur. Quod enim supra de pedum ablutione dixit, Exempli præambuli vobis, ut sicut ergo facti bus, ita & vos faciatis: hoc ipsum ad omnia excedi debet, quae similiter ab illo nobis in exemplis deta sunt. Nam idem alibi ait: Discite à me, quod mitis sum & humilis corde. Et Petrus illi propositus passum esse, & nobis exemplum reliquisse ait, cuius vestigia sequamur. Potest autem hac pars eiusdem diduci. Eluet enim in exemplo Christi perfectissima obedientia & extrema humilitas, qua

et 710

rit voluntatem p-
ges Domini. Dum
cepio in corda mea
orabantur, & tu
& seruus dominus
ibi mei timor. Et
Constat ergo hoc,
arvis deputata ab
eum plenis buccis
enim ait: Si ducim
cicite quod roba
nos infestat, sed
ut ipsius cultura
Ec Matth. 13.
docentes hominibus
religionis causa
ecclie, & ut ap-
tulo indeponit
sod in scriptura con-
tra. Apostolorum gela-
to quidem pietatis
ferre non posse, qu-
mentem auctoritatis
nuit Domina, qu-
is ad testamens
tuum aura flamen-
tium & praecip-
camus, qualiter
atos ad feliam re-
peri posset, si in re-
ipse confunditur
a fuit: Ita in or-
deriori et baptizan-
tis eis (hunc numeru-
m MONEM 50
ad fidem ecclie re-
tel etiam ex suo capi-
, cum coram multis
P. ergo & suffici-
re sicut ego scripsi
in exemplariorum
Petrus illi per se
autem hac pauli
ma humilitas, qu-
eis 77

10. demisit se, ut serui forma assumpta ad mortem usq; omnium acerbissimam patri obedierit, ne
ipsius aeterno de nobis redimendis decreto deficeret. Innocentie vero ita studuit, ut de ea Pilatus quoq;
et Herodes testari finit, & illius hostes ne falsis quidem testibus aliquid reprehensione dignum inue-
nire posuerint. De charitate vero eius quid dicere attinet, quando propter nos qui omni beneficio in-
dignem eramus, omne genus malorum & ipsam quoq; mortem sufferre voluit? His ergo nos etiam stu-
dere debet, & secundum ipsius exemplum nostram quoq; vocationem sequi, cui nos destinatis esse vi-
demus, & ita ipsius precepta seruabimus, & eundem verè diligemus. Et hæc illa sunt, quæ & scri-
ptura passim exigunt, & quorum studium in Sacramentorum usq; profitemur, & ad quorum obser-
vationem per illa artissimo religiosis vinculo obstringimur. Quod si autem ista cum nostri seculi
mortibus conserfas, Deum immortalem, quam alienos ab his inuenies plerosq;, qui se Christianissimos
esse proficitur? Rara igitur est hodie in terris vera & sincera Christi dilectio: ut iam nihil de ijs
dicamus, qui non contenti eius precepta neglexisse, insuper hostiliter alios persecutiur, quos aliquo
erum studio teneri vident. Sunt bi aperi illius hostes, quocunq; seculo titulo pallient. Quia ergo rorus
fæmundus ex hypocritis & apertis Christi hostibus constat, quid mirum est, si suam aduersus nos
tam Deus nouis & horrendis iudicis quotidianis declarat?

Ceterum quia hæc carni dura sunt, & multas remoras ijs mundus iniicit, qui vero Christi amo-
nitentis precepta eis obseruare student, paracletū, id est consolatorem, aduocatum sue tutorem se-
mititur para-
dum pollicetur, qui illos confirmet, regat atq; tueatur, neq; inquam ab illis discedat. Et ego ro-
gabo (inquit) patrem, ut alium paracletum dabile vobis, ut maneat vobiscum in æternum, &c. Ita
vero loquuntur quoad Mediatoris personam, quam illi pater imposuit. Quoad enim Dei Filius et eius-
dem cum parte essentia & maiestatis est, precibus minimè opus habet, sed de suo largitur quicquid
volit. Et ideo in sequenti Cap. dicit: Cum veneris paracletus, quem Ego mittam vobis à patre, &c.
Propter huius loci sensus est: Ego quidem vobis hactenus adfui, neq; passus sum vobis aliquid desieri,
deinde item aduersus in fidias atq; pericula: Sed quia mei discensus hora instat, neq; posthac vobiscum
corporiter versabor, efficiam ut alium tutorem & aduocatum habeatis, qui non ad breue tempus,
sed perpetuo & in æternum penes vos maneat.

Vbi primum obseruabimus, quem sibi vicarium Christus substituat. Num Petrum, quem apo-

Vicarius Chrl

discipulorum principem non nulli dicti sunt? num Ioannem dilectum discipulum? num aliquem alium ex-
stiquis.

discipulorum numero? num matrem virginem? num angelum, aut unum ex patrum sue prophetar-
um olim defunctorum ordine, sicuti de Ènoch & Eliae reditu quidam fabulantur? Nequaquam.
Nam ut de alijs nihil dicamus, longè aliud fuit apostolorum officium, quos sui euangelij praæcones &
mysteriorum regnissimi dispensatores (ut Paulus loquitur) non autem suos vicarios esse voluit. Et
vicarii manus atque officium consideres, illi vices Christi nequaquam obire potuerunt. Quia nec
negligunt adesse, nec in animis hominum efficaciter operari, neq; illis vita spiritum largiri, nec ad-
uersus hostes tam visibiles quam inuisibilis ecclesiam cueri potuisse. Sunt autem haec Christi capi-
ta nobis officia, qui cum suam gloriam nemini cedat, seipsum ecclesie sue semper præsentem police-
tur. Ego (inquit) vobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Præsentis autem sue modum hic
definit, quod nimirum spiritum sanctum, sibi patriæ coeternum & consubstantiale dare velit, &
per hunc et efficaciter operari, quæ paulo ante recensuimus, & si quæ alia sunt ad ecclesiæ conserva-
tionem necessaria. Et ita locum istum veteres intellexerunt, ex quibus Terrullianus Christum scri-
bit in celo creptum sedere ad dexteram patris, missæ autem VICARIAM vim spiritus sancti,
qui credentes agat. Hanc verè nobis magis necessariam esse, quam corporis sui præsentiam, ipse Do-
minus infra testabitur. Cap. 16. Ego veritatē dico vobis, expedite vobis ut ego abeam: nā nisi abiero,
consolator ille non venies ad vos, autem abiero, mittam eū ad vos, &c. Similiter, hoc loco erro-
rei duo grauissimi confutantur, alter eorum, qui Christi vicarios singunt Romanos Pontifices, & ec-
clesie capitula imponunt, quibus nihil ferè fanoris cerebri inest, ut nunc de eorundem moribus fædissi-
mus nihil dicamus; alter eorum, qui de corporis Christi præsentia in terra nobiscum litigant, & dum
hanc nobis ad salutem nostræ cōseruationem necessariam esse contendunt, ipsum spiritum sanctum non
regari in iuria afficiunt. Tantum enim huius virtuti derogant, quantum præsentia corporis tri-
buant. Similiter in Christum contumeliosi sunt, quæ nūquam operari & regnare credunt, nisi ubi cor-

Dd 4

pore suo praesens adsit. Atque constat illum, quando mortali adhuc corpore inter hominem iungit, aliquos curauisse, à quibus procul aberat. Num ergo nunc illius poteriam in celesti maiestatis statutis imminutam patibimus? Sed de his alibi plura.

*Spiritus sancti
descriptio.*

